IV. Anno 1729. Die 14 Februarii vesperi per eundem Tubum reflectentem observavi immersionem tertii satellitis Jovis in ejus umbram.

| | H | ' | '' |
|---|---|---|---|
| Satelles 3 decrescere mihi videtur - | 10. | 28. | 56. |
| Satellitem adhuc clare & distincte conspicio - | 10. | 30. | 43. |
| Satelles 3 adhuc adest - - | 10. | 32. | 32. |
| Adhuc adest, sed valde debilis - | 10. | 33. | 57. |
| Satellitem amplius conspicere nequeo - | 10. | 34. | 52. |
| Immersionem totalem inter observationem penultimam & ultimam factam censeo - | * 10. | 34. | 20. |

V. Anno 1729. Die 22 Martii vesperi observavi Emersionem tertii satellitis Jovis, per tubum Anglicanum reflectentem.

| | H | ' | '' |
|---|---|---|---|
| Satellitem 3 primò detexi, quod est emersionis initium | * 9. | 43. | 56. |

VI. Annp 1729. Die 29 Martii vesperi observavi Immersionem tertii satellitis Jovis in umbram Jovis, aëre non admodum puro circa Jovem, & sequentia notavi, per tubum Anglicanum reflectentem.

| | H | ' | '' |
|---|---|---|---|
| Satelles 3 adhuc adest - - | 10. | 39. | 4. |
| Adhuc adest - - | 10. | 40. | 8. |
| Adhuc adest, sed debilis - - | 10. | 41. | 10. |
| Satelles mihi evanescit - - | 10. | 43. | 2. |

Postea satellitem amplius non vidi. Hoc ergo pro tempore Immersionis habendum, quamvis justi temporis momenti non satis certus esse possim, cum per sat longum temporis spatium dubius hærerem, utrum satellitem adhuc conspicerem, nec ne. Tempore ultimæ observationis satellitem certe non amplius conspicere potui, num vero immersio totalis facta sit, paucis secundis vel dimidio minuto antè, non adeo sum certus.

VII. Anno 1729. Die 4 Maji vesperi observavi Emersionem 3 satell. Jovis per tubum reflectentem.

| | H | ' | '' |
|---|---|---|---|
| Videbatur mihi ac si aliquid conspicerem in eo loco ubi satelles 3 emergere debebat, sed adhuc dubitabam | 9. | 57. | 59. |

 Ite-